

# EX THEODORETI

Ἑλληνικῶν παθῶν. &c. ὑποθέσει

## AD LECTORES BENEVOLOS OBTESTATIO.

**T**ὲς δὲ τοῖς ἀλλοτέροις ἐντυγχάνοντας πόνοις ὑποκλήσῃ, εἰ μὲν ἅπαντα δὲ ἔχει τὰ γεγραμμένα, τῶν ἰσίων ἀνυμνήσαι δοτήσας, καὶ τοῖς πεπονηκόσι προσδοχὰς ἀποδόναι. εἰ δὲ πιναι εἰλείπει, μὴ πάντων ὁμῶς, τῶν ἑνεκα, καταγῶνας, ἀλλ' αὐτῶν [δὲ] εἰρημένων τὸ κέρδιον κομίσασθαι. Hoc est: *Quicumque in aliorum lucubrations incidere, eos oratos velim, ut, si quidem bene habet omnia, quae scripta sunt, Deum laudent, qui bene scribendi facultatem dedit, ipsisq; adeo Scriptoribus bene precentur: Sin vero aliqua deesse desiderariq; videantur, ne paucorum causa cuncta ea, quae scripta sunt, continuo detestentur, sed ex iis potius, quae haud perperam scripta esse cognouerint, emolumentum sibi commoditatemq; comparent.*

## AD REVERENDVM ET CELEBERRIMVM VIRVM

DAVIDEM PAREVM, SS. Theol. D. & Professore primarium,  
Collegam & Compatri. honor.

**D**V M Genesin diam M O S I S, primordia Mundi,  
Ingenii illustras dexteritate tui:  
Rem magnam praestas, & gratam, magne P A R E E;  
Acceptamque D E O, Christi adumque gregi.  
Non hominum maior laus est, aut gloria cuiquam,  
Quam scita & leges rite docere D E I.  
Tu facis hoc, aliisque viam facilem quoque monstras,  
Caelstique cibo pascis abunde animos.  
Maeste bonis tantis, & opimis dotibus! Ecquis  
Non petat hinc nectar? non petat ambrosiam?

QVIRINVS REVERTERVS DI.

## EPIGRAMMA

### IN COMMENTARIUM MOSAICVM DAVIDIS PAREI, PARENTIS VENERANDI.

**N**emo Epicurus ait mundi dux, nulla gubernas,  
Semper Aristoteles credidit esse polum.  
Omnia mole sua constant, fluitantq; per annos,  
Ut caepere semel, turba profana canit.  
Somnia cuncta notat M O S E S, diuina propago,  
Omniaq; ex nihilo condita rite docet.  
Tu M O S I S, venerande parens, nunc dogmata mundo  
Explanas doctis egregiisq; notis.  
Ac quia pestiferas pellis de M O S E tenebras,  
Te merito aeternum mundus vterque colit.

L. PHILIPPVS PAREVS  
D. F. αὐτοχρῆστῶς Myrtilleti in Pareano.

ELEN.